



[Faint, illegible text on a blank page]

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10



1662.

1. Grege, Ernestus: De mandato.
2. Felringer, Johan Pentus: De origine, progressu et fatali  
rerum publicarum periodo.
3. Franck, Joh. Gualfang: De antropeka licita.
4. Gundling, Wolffgang: Titi Flavii Domitiani, principis  
... de penis.
5. Krager, Magnus: De appellacione
6. Ludwells, Wilhelmus: De officio iudicis in poenis  
remittendis vel mitigandis
7. Ludwells, Wilhelmus: De mutuo.
8. Reiser, Johan Philippus: De maiorennitate ex indulgentia
9. Stoll, Johannes Philippus: De iure retractus gentilitii.  
2 Saampfl.

1663.

1. Herwarth, Philippus (Christophorus): De pluralitate voto  
rum.

1663.

2. Metzger, Johann Christian: De alienatione rerum libera.
3. ab Schmid, Johann Georgius: De rebus censura nullius
- 7 Summ. l.

1664.

1. Beringer, Johann Caspar: De arresto rerum.
2. Greger, Eusebius: De jure liberarum in imperio Romano-Germanico civitatum.
3. Peretschuer, Nicolaus: De familiis.
4. vom Roeme, Erius: De proxenctis et proxenctis

1665.

1. Greger, Eusebius: De domicilio
2. ~~Gloz~~ Glorin, Antonius Mauricus: De materia appellationum ab interlocutoris imprimis iis, quae vim definitivam habeat, breviter delineata.
3. Leipoldus, Paulus: De pacto univ. uis prolium

1665

4. Braun, Philippus Jacobus : De juramento iurorum  
super contractibus non retractandis praestito.

5. Schmitt, Johann Philippus : De errore calculi.

16

2.

3.

16

1.

2.

3.

4.

16

1.

2.

1.

*[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*









I. N. D. N. J. C.

40

1218.

DISPUTATIO INAUGURALIS

De

AVTOΔΙΚΙΑ

LICITA

SEU

*vindicta  
privata*

Quando sibi ipsi Jus dicere  
sit permissum.

1662

3

*Quam*

SUPREMI NUMINIS ANNUENTE GRATIA,  
Decretò & Autoritate

MAGNIFICI, NOBILISSIMI,

AMPLISS. ATQ; CONSULTISSIMI

DOCTORUM ORDINIS

in Celeberrimâ, quæ est Altdorffl-Nori-  
corum Univerfitate

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure consequendi  
Honores ac Privilegia Doctoralia

*Solenni Eruditorum Disquisitioni subjicit*

JOH. GUOLFGANG. Franck/  
BARUTHO-FRANCUS.

*Ad diem 13. JUNII, ANNO M. DC. LXII.*

ALTDORFFL, Typis JOHANNIS GOEBELII.



SERENISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO, DOMINO

CHRISTIANO  
ERNESTO,

MARCHIONI BRANDEBUR-  
GENSIUM, MAGDEBURGENSIUM,  
PRUSSORUM, STETINENSIVM, POMERANO-  
RUM, CASSUBIORUM, VANDALORUM, NEC NON  
SILESIVM, CROSSENSIVM AC JEGERN-  
DORFFENSIVM DUCI, BURGGRAVIO NORI-  
BERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADIEN-  
SIVM, MINDENSIVM AC CA-  
MINENSIVM, &c.

PRINCIPI AC DOMINO SUO  
CLEMENTISSIMO, MVNI-  
FICENTISSIMO,

HOC. QVALECV NQVE. MONVMENTVM.  
SVBIECTISSIMÆ. DEVOTIONIS.

Vt. Et.

HVMILLIMÆ. GRATITVDINIS.  
ERIGIT. AC. SVSPENDIT.

SERENITATI EJUS

SVBIECTISSIMVS

JOHANN. GUOLFGANGVS *Francf.*  
AUTOR.



F. N. F. C.  
Prooemium.



Eminem sibi ipsi jus dicere vel judicem esse posse, generali juris præcepto sancitum est. *l. unica C. ne quis in suâ caus. jud. vel jus sibi dic.* Quod & verum est, sive quis viâ juris vel facti procedat *l. 10. ff. de jurisdict. l. 13. ff. quod metus caus.* Quippe, quod admodum iniquum sit in re propriâ cuiuspiam sententiæ tribuere licentiam

*d. l. unic. C. ne quis in suâ caus. jud.* cum omnes homines à naturâ plus sibi quàm aliis faveant, suæque potius quàm aliorum utilitati studeant: quæ affectio, judicandi sinceritatem corrumpit ac multum impedit *c. quatuor. II. q. 3.* Ipsa quoque civilis repugnet ratio, ut idem vice partis & judicis simul fungatur ac sibi ipsi imperet vel prohibeat *l. 13. §. 4. ff. ad Sc. Trebell.* Quæ juris prohibitio in tantum procedit, ut nec consensu partium quispiam in re propriâ sententiam dicere possit. *l. pen. ff. de recept. qui arbitr.* Si verò de facto, hanc sibi quis vindicaverit jus dicendi licentiam, sententia ipso jure erit nulla arg. *l. fin. C. si à non compet. judic. vid. Vantius de nullit. process. ac sentent. sub titul. de nullit. ex defectu jurisdict. num. 94.* cum à non judice & carente jurisdictione dicatur esse lata. *Cardin. Tusch. in practic. conclus. Tom. I. concl. 383. sub lit. I.*

Ne autem per viam facti sibi quispiam in propriâ causâ jus dicat vigor judiciorum, jurisq; publici tutela in medio est constituta *l. 14. C. de judais,* cum non singulis concedendum, quod per Magistratum publicè fieri potest, ut occasio majoris evitetur tumultus. *l. 176. ff. de Reg. Jur.* Illi ipsi verò, qui per hanc viam facti, jus dicendi potestatem sibi propriâ authoritate arrogare præsumpserint, pro diversâ

facti qualitate, non tantum jus crediti, quod habuere, amittunt, *d. l. 13. ff. quod metus causa.* (quam juris dispositionem ubique locorum abrogatam esse, asserere intutum est, teste Dn. Carpzov. *in decis. Illust. Sax. 269. n. 21.*) Sed etiam ob vim privatam & publicam tenentur *l. 7. juncta l. fin. ff. ad L. Iul. de vi privat. t. t. ff. ad L. Iul. de vi public.* Quin imò, juxta Constitutiones Imperii, utpote quibus Judicia illa, quæ *Selbgericht* nostri appellitant, tanquam pestes pacis publicæ perniciosissimæ, admodum invisa sunt, gravissimis coërcentur pœnis. vid. *Recess. Imper. de Anno 1495. sub Rubricâ der Königliche Landt-Frieden.* Verum enim verò, quamvis omni jure sit prohibitum, ne quis lites, quas cum alio habet, propriâ auctoritate decidendi sibi arripiat potestatem, vel in propriâ causâ viâ facti jus dicat: Speidel. *in suo Speculo Juridico-Historico-Politicarum observat. sub voce Saust und Kolben-Recht* casus tamen nonnulli sunt speciales, in quibus jus sibi dicere jure permissum est. Cum autem hæc materia (quæ non cuivis obvia) per totum fermè jus adeò diffusa, ut intra justos disputationis cancellos se coarctari vix patiatur; proindè impræsentiarum casus tantum præcipuos, viam exprimentes facti, pertractabo: nullus dubitans, quin æquus lector ipsius tractationis quæsitam brevitatem non sit improbaturus, à quo etiam, si alicubi erra vero, placidam haud reformido censuram.  
DEUS ANNUE COEPTIS!

### Thesis I.

**N**on nemini forsan Thematis mei inscriptio, quam harum pagellarum prima exhibet facies, videbitur peregrina. Verum cum leges nostræ vocabula illa, quæ diversi, à Latino, sunt idiomatis, non adeò abhorreant, ea propter illis uti nec mihi religioni potuit esse. Et hoc ipsum patescit, ex plurium vocabulorum peregrinorum in jure nostro non inusitatorum congerie, quibus magni nominis Jcti uti non erubuere. Quòd autem illa ipsa vocabula peregrina in linguæ latinæ admittantur consortium, id præprimis ob illius linguæ contingit penuriam, cum ipsa res, quæ tractatur, suo proprio nomine & appellatione determinari nequit. arg. *l. 3. & 4. ff. de prescript. verb.* Proindè quoque sufficiat, quòd mei Thematis inscriptio, cum ipsâ re & materiâ, de quâ tracto, apprimè  
con-

conveniat, licet ipsum vocabulum *αὐτοδίκιας*, in toto jure nostro inveniri non detur; quia verba rebus, non res verbis deſervire debent. vid. Barboſ. Locupletat. axiom. 6. ſub voce. *Verbum*. Cū autem vocum maxima ſit virtus & poteſtas, idcirco veſtigiis Iſtorum inſiſtens l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 9. de Verb. ſignif. præprimis in etymon vocabuli *αὐτοδίκιας* inquiram, quod, cum per ſe ſit manifeſtum, paucis abſolvam. Natales ſuos ducit ex lingua græcâ & deſcendit à pronomine demonſtrativo *αὐτός* ipſe & ſuo primitivo *δίκην*. jus. Hinc *αὐτόδικος* dicitur ille, qui ſe ipſo utitur iudice, Johann Scapula in *Lexico Græco-Latino ſub voce δίκην*.

II. Varia quoque Synonyma, quæ Thematis inſcriptioni, ſuo modo conveniunt, ex legibus & Doctorum ſcriptis adduci poſſent, cujus nobiliora hic annotare lubet. Dicitur, Sibi jus dicere in l. 13. ff. quod. metus cauſa. l. 2. §. 2. quod legator. l. unic. C. ne quis in ſua cauſa jud. vel jus. dic. (quæ verba omnem *αὐτοδίκιας* ſpeciem exhauriunt.) Sine iudice ſe vindicare in Rubricâ Cod. quando liceat unicuique ſine jud. ſe vind. Ultio in l. 14. C. de Iudeis, l. 1. C. quando lic. unic. ſine jud. facultas reſiſtendi d. l. 1. C. eod. tit. Judicium, quod appellatur *Selbgericht*, de quo paſſim in Conſtitutionibus Imperii fit mentio. *Sauſt, Keutter und Kolben Recht* de quo Speidel. in ſpec. obſerv. *χερσodικία* ſeu monomachia de qua Dn. Ritterſhuf. beatæ memoriæ, in hæc almâ Univerſitate quondam Antecellor nunquam ſatis laudatus in *partit. Feudal. lib. 2. cap. 10. quaſt. 28. & ſeqq.*

III. Sicut autem illa verba *sibi jus dicere*, in jure noſtro implicant homonymiam, ita etiam vox *αὐτοδίκια* eundem incidit labyrinthum. Et quidem accipitur vel PROPRIE vel IMPROPRIE. PROPRIE ruſſum quadrupliciter. I. LATISSIME pro quavis jus ſibi dicendi arreptâ facultate, ſive illa ſpectet ad jurisdictionem contentioſam ſive voluntariam. Non enim juris eſt incerti, pleroſque actus, qui voluntariæ ſunt jurisdictionis, quemlibet Magiſtratum in propriâ ſua cauſâ licitè exercere poſſe. l. 3. & 4. ff. de Adopt. l. 2. ff. de Offic. Preſid. Vid. Dn. Reinckingk. in tract. de Regim. ſecul. & Eccleſ. Rom. Imp. lib. 2. claſſ. 2. cap. 17. num. 11. Quamvis autem illi ipſi actus, qui voluntariæ ſunt jurisdictionis, de regulâ illâ univerſali prohibitoriâ, cujus in præmio facta eſt mentio, non

fiat. Oldendorp. in Progymnasim. act. forens. class. 2. action. 2. n. 2. quod luculenter evincitur argumento tot. tit. C. ne quis in sua caus. jud. cujus sedes ordinaria inter illos est relata titulos, in quibus tantum de jurisdictione tractatur contentiosa: Nil tamen est absurdi, quod etiam jurisdictio voluntaria, quam Magistratus in propria exercet causa, ad *αυτοδixίαν* seu propriam jus sibi dicendi facultatem, suo modo referatur, quippe quod non minus ille, qui jurisdictionem voluntariam, quam qui expedit contentiosam, jus dicendi officio fungi non incongrue dici possit. 2. LATIUS pro ea propria jus sibi dicendi arrepta facultate, quae est tantum jurisdictionis contentiosae, sive illa per viam facti sive juris exerceatur tot. tit. C. ne quis in sua causa judic. vel jus. dic. 3. STRICTE pro ea propria jus sibi dicendi facultate, quae quidem spectat ad jurisdictionem contentiosam, sed tantum exercetur per viam facti l. 13. ff. quod met. causa. l. 1. §. 2. ff. quod legator. Et haec acceptio hujus est loci. 4. STRICTISSIME pro illa jus sibi dicendi arrepta facultate, quae & jurisdictionem concernit contentiosam & solum expeditur per viam juris. l. 10. ff. de jurisdic. IMPROPRIE vero sumitur, quando propriae alicujus conscientiae aliquid in judicio dicendum relinquitur, ut illam juramento purget ac exoneret, quo casu sibi ipsi quis judex quodammodo constitui dicitur in l. 32. C. de fideicommiss. Wesenbec. in paratit. ff. quar. rer. actio non detur.

IV. Ita quoque terminus, LICITA, non unam eandemque admittit significationem. Quoddam enim a jure verè licitum esse perhibetur: quoddam verò tantum *κατὰ δόξαν* & per falsam opinionem pro licito habetur, in qua posteriori significatione terminum illum non accipio. Id verò, quod a jure verè licitum perhibetur, rursus duplicem repraesentat significationem. Interdum enim licitum dicitur id, quod ex omni parte rectum piumpque est, etiam si aliud quid fieri possit laudabilius, in quo significatu accipitur in l. 1. §. licet ff. de periculo & comm. rei venditae. Aliàs quoque licitum aliquid dicitur, non quod in foro conscientiae, salva pietate & officiorum regulis fieri potest, sed quod apud homines in foro externo poenae non subjacet. l. 42. ff. de ritu nupt. l. 14. §. 14. de Religiosis. Et in hoc duplici sensu *αυτοδixίαν* licitam esse dici potest; in quibusdam enim casibus est ex omni parte pia ac recta: in quibusdam verò tantum in foro soli permilla, ut qui-

quidem ille, qui eâ utitur, nullam incurrat pœnam, quamvis in foro Poli non omnimodò sit excusabilis. arg. l. 4. C. ad L. Jul. de adult. Proindè quoque viâ juris quàm facti procedere sæpissimè in conscientia tutius ac civilius esse poterit. Wesenbec. part. 3. consil. 109. n. 84. Colerus de process. execut. part. 1. cap. 5. n. 59. Sichard. ad l. 5. C. de legat. n. 12.

V. Absolutâ homonymiâ ad ipsam rei propositæ descriptionem me accingam, quæ est facultas, propriâ auctoritate id, quod sibi debetur, ipso facto persequendi, jure permissa. Dixi ipso facto, quod fit, manum injiciendo in rem vel personam, eas vel detinendo, occupando vel sistendo, repellendo. Coler. de process. execut. in pœfat. n. 32. Gilhaus. in arb. judic. cap. 10. § 1. n. 5. Addidi propriâ auctoritate persequendi, quæ verba denotant, quando quispiam id, quod sibi debetur, non ab illo qui debet, vel eo recusante, non per judicem sed semetipsum extra judicium reposcit ac exigit. Hinc notabiliter in definitione ACTIONIS, quæ traditur in princ. Instit. de actionibus, adjecta conspicitur vocula, IN JUDICIO, quâ restringitur præcedens verbum PERSEQUENDI tantùm ad persecutiones judiciales, quæ publicâ judicis auctoritate instituuntur, & ab extrajudicialibus, quibus propriâ auctoritate, certis quibusdam casibus, jus nostrum perlequi concessum est, discriminatur. Excell. Dn. D. Ludvvel. in comment. ad. Instit. in princ. Inst: de action. ad verbum persequendi.

VI. Consideratis iis, quæ ad generalem spectant cognitionem, nunc ad ipsas progrediar causas. Cùm autem hæc propria jus sibi dicendi facultas potissimùm in personarum ac famæ nec non rerum tuitione ac persecutione consistat, neminem latebit, quòd de jure naturæ se suumque corpus ac famam, adversus vim, propriâ auctoritate defendere liceat l. 3. ff. de Instit. & jure. junctâ l. 9 ff. de manumiss. vindict. Adeò, ut si quis se non defendat & occidatur, se ipsum interfecisse & in foro conscientia reum homicidii constituisse videatur. D. Gracke in tract. de auctoritate privatâ class. 1. c. 3. n. 4. Proindè non tantùm juris permissivi; sed etiam quodammodò præceptivi est. Rerum autem defensio & persecutio æquè ad jus naturæ referri potest, cùm illo jure, omnia erant communia, idcirco etiam illo ipso jure sibi eas res, tanquam communes, vindicandi & persequendi quodammodò concessa fuit facultas. Postmodùm etiam,  
 exortis

exortis inter homines dissidiis, & distinctis rerum dominiis, illa ipsa rerum persecutio, juris gentium esse cœpit. Cùm enim legitimis jure gentium proditis acquirendi modis, sibi quispiam rem quandam appropriaverit, nec illa invito rursus auferri potuit, sed jus gentium vim illatam, propriâ auctoritate repellendi facultatem concessit. *l. 1. § 27. ff. de vi & vi armatâ.* Sic quoque varia, rerum tuendarum causâ, jure gentium adinventâ sunt remedia extrajudicialia, eum in finem, ne quispiam diutiùs divexaretur in judicio, quod sæpiusculè eludi solet, non tantùm à reis, varia quærentibus subterfugia, sed etiam ab ipsis Magistratibus, suum implorantibus auxilium denegantibus vel frustrantibus. Quò referri possunt jus retentionis ac repressaliarum, de quibus infra dicendi locus erit. Et hanc jus suum persequendi facultatem, sibi quispiam tùm temporis eò magis propriâ auctoritate arripere potuisse dicendum, cum nondum Magistratus erant constituti: fuisset enim absurdum & planè frustraneum, jura quædam prodita fuisse, illa si nemo tueri potuisset. *arg. l. 2. §. 12. de Orig. jur.*

V I I. Et hæc personarum rerumque, adversus omnem violentiam injustam, necessaria defensio, non tantùm jure naturæ & gentium est introducta, sed etiam jure Canonico. *c. jus naturale 7. dist. 1. nec non Civili d. l. 3. ff. de just. & jur. d. l. 1. §. 27. de vi & vi armatâ. l. 1. C. unde vi, recepta & approbata.* Proinde defensio, maximè quæ concernit ipsum corpus, nullo jure positivo tolli, benè tamen restringi & qualificari potuit. *vid. Barbof. ax. 1. sub voce Jus Naturale.* Cùm in iis, quæ lex naturæ vel gentium præcipit vel prohibet per legem civilem nulla possit fieri mutatio §. 11. *I. de I. N. G. & Civ. vid. Magnif. Dn. Rebhan. Ictus famigeratissimus, Comes. Palat. Cæsar. nec non in almâ Argentoratensium Universitate Antecessor Senior, Præceptor ac Promotor meus multis nominibus ætatè venerandus, suspiciendus in Paralipom. Majorian. decad. 6. quest. 1. num. 23.*

V I I I. Nec minus consuetudine introduci potest, ut sibi ipsi quis jus dicere queat. *Gail. pract. Obs. lib. 1. obs. 1. n. 18. Tusch. pract. concl. Tom. 4. concl. 403. n. 3. lit. I. cùm parem habeat vim cum ipsa lege l. 32. §. 1. ff. de legibus. & licet sit prava, nihilominus tamen, quoad pœnam temporalem de illicito licitum facere potest Card. Tusch. tom. 2. concl. 806. n. 21. & 22. lit. C.* Hæc ipsa consuetudo, licitum fecit  

pessimum



peffimum illum Germanorum morem, quo injurias olim dirimebant ferro: quam propriam juris dicendi arreptam facultatem in tantum invaluisse scribitur, ut nec Principis imperio, nec legum autoritate per sexcentos fermè annos aboleri potuerit. Besold. in *Theſaur. pract. sub voce, Selbgericht.* Speidel. in *ſpecul. Obſerv. sub voce Seld in addit.* Origo autem horum ſingularium certaminum non aliundè proceſſiſſe videtur, quàm quòd olim Germani, ante ſuſceptum Chriſtianiſmum, nullo ordine ſervato, hinc indè diſperſi vagari & quaſi ex raptu vivere ſolebant. Hinc apud Velleium Paterculum *lib. 2.* mirantur Germani, cùm Romanæ jurisdiſtionis ordinem & formam conſpicerent, quòd injuriæ juſtitiâ terminarentur, & ea, quæ ſolita ſunt armis dirimi, jure finirentur, vide Dn. Rittershuſ. in *part. feudal. lib. 2. cap. 10. queſt. 30. & ſeqq.*

IX. Huc quoque referendum eſt Pactum ſive conventio, quâ creditori, poſt moram debitoris non ſolventis, propriâ autoritate ingrediendi ac occupandi poſſeſſionem rerum ſibi hypothecatarum, conceditur juſ ac poteſtas. Quamvis autem nonnulli ex Doctõribus, de hujus pacti validitate non parùm dubitare ſoleant nihilominùs tamen, cùm textus in *l. 3. C. de pignor. junctâ l. 11. C. de pignor. act.* ſatis claros & apertos ob oculos habeamus, non eſt, quod nos ab affirmativâ dimovere poterit: qui enim cum textu navigat, ſecurus navigare dicitur, Reinckingk. in *tr. de Regim. ſecul. & Eccleſ. R. I. lib. 1. claſſ. 4. cap. 19. n. 21.* De quo articulo juris videatur latiffimè Colerus *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 5. n. 14. & ſeqq.* Sichard. *ad d. l. 3. C. de pign. n. 10.* fruſtrâ diſſentiente Bachovio in *tract. de pignoribus & hypothec. lib. 3. cap. 21.* Non tamen illa facultas ingrediendi, in effectum deducta, veram operatur poſſeſſionem, ſed tantùm nudam detentionem: Poſſeſſionem enim, ut adipiſcamur, accedat oportet autoritas judicis. *d. l. 3. C. d. pignor.* vid. Bachov. *ad Treutl. vol. 1. diſp. 11. theſ. 5. lit. E.*

X. Sicuti autem conventionẽ Creditoris, licentia propriâ autoritate ingrediendi fundi poſſeſſionem dari: Ita quoque à teſtatore quodam, in ultimâ voluntate ritè ordinatâ, illa concedi poteſt. Clarus in *ſ. Teſtamentum queſt. 68.* In tantum, ut etiam jamdum aditâ hereditate & apprehenſâ ab herede rei legatæ poſſeſſione, illam Legatarius propriâ autoritate occupare poſſit, quod aliàs jure prohibutum eſt. Sichard. *ad l. 5. C. de legat. n. 11.*

B

XI. Hiſce

XI. Hisce causis accedit quoque impulsiva, quæ est necessitas & publica & privata utilitas: hæ enim, propriæ authoritati aliquid indulgendum esse, suadent. Præprimis autem illæ sese exerunt, cum deest iudicis copia. Hæc enim si deficit, rationi non est inconueniens, reverti ad primæva jura naturæ vel gentium, quibus licitum fuit authoritate propriâ jus suum persequi. Card. Tusch. *pract. conclus. Tom. 1. concl. 33. n. 4. lit. B.* & hoc ipsum quoque juri civili non repugnat, *arg. l. 54. C. de decurionibus.* Lex enim, prohibens sine iudice jus suum consequi, non aliter commodè potest intelligi, quàm ubi iudicis adest copia. Hæc autem nobis deest vel MOMENTANEÈ vel SUCCESSIVÈ. Illo respectu, quando iudex absque periculo ac damno expectari nequit, quippè cum sit melius, intacta sibi servare jura, quàm post vulneratam causam quærere remedium. *l. 1. C. quando licet unicuique sine iudice se vindicare.* Præprimis ubi cunctatio posset adferre periculum irrecuperabile. *Oldendorp. in progymnas. forens. class. 2. act. 4 pag. mihi 158.* Hoc verò respectu, quando litigantes, aut nullum, sive de facto sive de jure, recognoscunt superiorem, qui jus & justitiam ipsis impertire possit: aut recognoscunt aliquem, sed tamen, vel ejusdem eluditur iudicium, vel ipsimet Magistratus justitiam implorantibus denegant vel frustrantur.

XII. Causam MATERIALEM quod concernit, notum est, eam esse vel SUBIECTIVAM vel OBIECTIVAM. Illa constituit SUBIECTUM, quod duplex est, ACTIVUM nempè: i. e. personæ, quæ *autodivini* exercere possunt: & PASSIVUM i. e. contra quas illa conceditur exercenda. Exercere autem illam possunt IN GENERE omnes, quibus injuria infertur vel illata est. Quod fit, vel DIRECTÒ vel INDIRECTÒ. DIRECTÒ, quando vel corpori, vel famæ vel rebus nostris quædam impingitur injuria. CORPORI nostro illa fit triplici modo. Primò, quando principalis injuriam inferentis est intentio, ut ipsum lædatur corpus: quod intendit homicida. Secundò, si principalis intentio eò fertur, ut quis suis tantùm satisfaciat libidinibus & per hoc nostrum quasi lædatur corpus: quod intendit stuprator. Tertio, quando principalis est intentio, ut corpus aliquâ tantùm afficiatur molestiâ: quod intendit ille, qui quendam detrudat in carcerem: hic enim propter varia, quæ secum trahit, in-

com-

commoda, puta squalorem, frigus, tenebram, inedia, vocatur mala mansio. *l. si hominem ff. depositi*, magnum tormentum. Gail. *1. observ. 26. n. 10.* & spoliat carceratum liberâ potestate fruendi communis aëris & cœli, proindè quoddam servitutis genus dicitur *in l. 71. §. 2. de condit. & demonstrat.* FAMÆ fit injuria, quando probis & objectione alicujus criminis commaculatur. REBUS verò, illas injustè detinendo, rapiendo, aut illarum usum nobis impediendo ac interturbando. INDIRECTÈ nobis infertur injuria, quando conjuncti, sive jure sanguinis, societatis, subjectionis, amicitia, sive latissimæ illius cognationis, quam natura inter omnes constituit homines, de quâ *in l. 3. ff. de justit. & jure*, offenduntur & læduntur. Proindè non tantùm consanguineos, subditos, amicos, socios, sed etiam extraneos defendere, & ab iis injuriam, corpori ipsorum illatam, propriâ authoritate licitè propulsare possumus. *c. dilecto x. de sentent. excommunic. in. 6.* Ad nos quoque redundat injuria illorum, qui hostes nostros eâ intentione adjuvant, ut ad nos opprimendos eò magis sint instructi, illis nimirùm subministrando arma & res alias, quæ tantùm in bello usui esse possunt: adversus hos enim æquè ac contra nostros hostes, qui directò nos oppugnant, bellum licitè movere possumus. vid. Hugo Grotius *de jure belli & pacis lib. 3. cap. 1. n. 5.* Nec minùs injuria, illata Legatis, ad principalem spectat, ab eoque vindicari potest. Hinc passim historiarum monumenta testantur, ob violatos legatos magna fuisse suborta bella, ac hodiernùm suscipi, experientia ipsa loquitur.

XIII. Removentur igitur omnes, qui impunè offendi possunt. Quodcumque enim offensio est licita, tunc quoque defensio est prohibita. Barbof. Locuplet: *lib. II. cap. 1. ax. 1.* videatur *Constit. Criminal. Carol. V. art. 142.* Quorum in censu sunt Banniti, quibus quasi aquâ & igne interdictum est, ita ut à nemine in clientelam, fidem & amicitiam recipi, nec non in rebus & personâ ab omnibus licitè offendi queunt. vid. *Cammer. Gerichts Ordnung part. 2. tit. 9.* Idcirco Bannitus, si aggressus, se defendendo, occidat aggressorem, puniendus venit pœnâ homicidii ordinariâ. *Tusch. tom. 2. concl. 130. n. 11.* Quòd autem bannitus se suaque defendere nequeat, id restringendum est tantùm ad ea loca, in quibus ille, qui in bannum declaravit, suam jurisdictionem exercere potest. Statu-

tum enim, quo concessum est, bannitum impunè offendi posse, stricti est juris, nec ultra statuentium territorium extendi potest, præprimis, quòd exorbitet à lege communi. *arg. l. fin. ff. de jurisdic.* Proindè, si, extra territorium bannientis, à quopiam bannitus offenderetur, ille sese licitè defendere posset, quippè, cùm eo casu impunè offendi nequeat. Thom. Michaël *de Jurisdic. concl. 145. lit. C.* Quamvis autem, si extra territorium bannientis ab aliquo interfici bannitum contingeret, talis homicida pœnæ legis Corneliæ de Siciariis ordinariæ subjici nequeat: nihilominus tamen ob culpam, quâ vacare non potest, pro circumstantiis rerum, extraordinariâ aliquâ pœnâ gravari poterit. Card. Tusch. *Tom. 1. concl. 19. n. 13.*

XIV. Sunt autem quædam personæ, quæ propter potestatis suæ, quâ pollent, eminentiam, *αυτοδικίαν* JURE SPECIALI exercere possunt. Illa ipsa potestas verò consideratur vel quatenus est SUMMA, vel tantùm SUBORDINATA. SUMMA POTESTAS rursùm subdividi debet, quatenus vel ABSOLUTE, vel SECUNDUM QUID, est talis. Illo respectu summâ gaudent potestate, illi omnes, qui superiorem in suâ ditione, cui præsumunt, recognoscunt neminem. Hoc verò respectu, omnes illi comprehenduntur, qui recognoscunt quidem superiorem, ratione tamen jurium & regalium, quæ ex singulari superioris concessione ipsis competunt, summam fermè potestatem in territoriis suis exercere queunt: Qualem habere dicuntur Principes & Status Imperii Romano-Germanici. Hinc nata vulgata illa Doctorum Theorica, quòd Status Imperii, in Territoriis suis, tantùm possint, quantum Imperator in universo Imperio, quam novissimè prolixè declaravit, Dn. Reinckingk. *in. tr. de Reg. Secul. & Eccles. Rom. Imper. lib. 1. class. 5. cap. 6. per tot.*

XV. Summam igitur hanc potestatem habentes, injurias sibi illatas, armis quoque, propriâ autoritate licitè vindicare & persequi possunt: cùm non minùs armis, quàm jure, jus nostrum persequi dicamur: vid. *in principio proem. Institut. Instrument. Pac. Cæsar. Svec. Osnabrug. art. 17. §. & nulli omninò.* Illi enim, qui absolute summâ præminent potestate, jure proprio & omnimodò jus habent movendi bellum. Bocer. *in tract. de bell. cap. 3. n. 5.* Proindè in omni superiorem recognoscente præsumitur bellum injustum Reinck. *in tr. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 2. class. 3. cap. 1. n. 18.* Jus enim indi-

indicendi bellum spectat ad jurisdictionem supremam. Summa tamen hæc potestas de jure, non de facto, usurpari debet, quia attenditur id, quod de jure fit, non, quod de facto. Card. Tusch. *tom. 6. concl. 674. num. 4.* Quamvis autem Imperator Romanus summam in Imperio habere potestatem dicatur, nec non de jure communi, neminem in terris, nisi DEUM, recognoscat superiorem, provisione tamen speciali illa ipsa potestas, etiam quoad jus indicendi bellum, hodiernum multum est restricta: In eo quidem residet jus indicendi bellum, Gail. *de Pac. Publ. lib. 1. cap. 4.* Illud tamen sine suffragio Electorum exercere nequit, quod ex Capitulationibus Imperatorum passim apparet. Qui verò quasi summam præfulgent potestate, licet suo modo recognoscat superiorem, ad defensionem tamen sui, rerumque, etiam absque licentiâ superioris, si ejus copia haberi nequeat, propriâ autoritate arma expedire possunt, cum defensio sit de jure naturæ permessa. Card. Tusch. *Tom. 1. concl. 35. num. 1.* Ex quibus modò dictis deducitur, quòd, licet Status Imperii, autoritate propriâ regulariter neminem bello petere possint, aliàs enim in crimen fractæ pacis publicæ inciderent. *Recess. Imper. de Anno 1495.* nihilominus tamen in casu ubi Imperatoris copia & assistentia haberi nequit, propriâ autoritate bellum movere ipsis interdictum non sit. Quocirca in propriam & aliorum salutem milites licitè conscribere possunt, modò intra cancellos, in constitutionibus Imperii designatos, sese coerceant, vid. *Recess. Imper. de Anno 1555. 1570. 1576. & seqq.* Reinck. *de Reg. Sec. & Eccles. lib. 2. class. 3. cap. 1. num. 20. & seqq.*

XVI. Sunt quoque personæ, quibus ratione potestatis suæ, quam habent, subordinatæ, jure speciali sibi jus dicere permissum est. Constat enim, quòd jure antiquo Dominis in servos propriâ autoritate eò usque sævire licuerit, ut etiam ipsos occidere potuerint. §. 1. *Instit. de his qui sui & alien. jur.* Postmodum tamen, mitigatis hominum moribus, illa licentia, ad modicam tantum castigationem restricta fuit. *l. unica C. de emendat. servor.* Quæ materia à foro nostro recessit. Extenditur autem ad modernos nostros famulos & ancillas, quos delinquentes in officio, dominus castigare & percutere potest. Tusch. *Tom. 1. concl. III. n. 10.* Nec non ad subditos, quos, debita sua detrectantes officia, domini coercere possunt, Gail.

1. *obs.* 17. n. 8. Hinc quoque Status Imperii subditos refractarios armata manu, propria auctoritate aggredi possunt, Gail. *de Pace Publica*: lib. 1. c. 2. num. 20. hoc enim spectat ad propriae jurisdictionis executionem, Magnif. Dn. Limnaeus *de jure Publico*. tom. 5. *addit.* 2. ad lib. 4. cap. 8. num. 247.

X V I I. Ita quoque Patri liberos in potestate constitutos olim interficere licuit. *l. 11. de liber. & posthum.* Et quamvis ille juris rigor non sine ratione invaluerit, *arg. l. 22. § 4. ff. ad L. Jul. de adult.*: nihilominus tamen, cum patria potestas non in atrocitate, sed pietate consistere debeat, illud jus vitae & necis, merito antiquatum est. *l. 5. ff. ad Leg. Pompei. de parricid.* Jure tamen moderno, correctionis causa, moderatè illos castigare non est prohibitum, *l. 3. C. de patr. potest.* si verò ipse pater filium coercere nollet, ad Praesidem seu Magistratum, qui merum mixtumve habet imperium, illum castigandum, secundum modum poenae, quam ipse parens dictaverit, propria auctoritate ducere potest, *d. l. 3.* Dubium tamen non est, si pater poenam ipso delicto atrociorē irrogari voluerit, quin Magistratus illam mitigare ac delicto commensurare poterit. Est quoque in jure specialis notatus casus, quo Patri filiam, in domo sua vel generi sui adulterantem & in ipso flagrante deprehensam delicto, in continenti propria auctoritate interficere licet. *l. 20. l. 22. §. 2. l. 23. pr. ff. ad L. Jul. de adult.* Gilhaus. *ad Constitut. Criminal. Carolin. artic. 150.* Non tamen adversus solam filiam, adultero dimisso, vel vice versa, hanc vindictam exercere, *l. 32. ff. eod.* sed utrumque, cujuscunque conditionis adulter fuerit, uno quasi ictu & impetu occidere debet, *d. l. 23. §. 4. ff. eod.* Patrem autem, si ultione ductus privata, ad internecionem processerit, in foro conscientiae fore tutum, nemo sibi persuadeat. Quamvis enim haec ipsa vindicta de jure civili sit permessa, proinde illam exercens a poena civili praestetur immunis: per legem tamen civilem, poena, quae de jure divino privatam manet ultionem, aboleri non potuit. Tusch. *tom. 1. concl. 19. num. 99.*

X V I I I. Licet autem de jure civili, uxor per conjugium in potestatem mariti non transeat, ad obsequia tamen domestica praestanda tenetur, *arg. l. 12. §. 1. C. de his qui potior. in pign.* Et respectu horum, maritus aliquam potestatem habet & licite exercere potest, quae

quæ potissimum in castigatione consistit modicâ. Card. Tusch. tom. 1. conclus. III. num. 4. Non autem uxorem marito, sicut patri filiam, in adulterio deprehensam, in totum impunè propriâ authoritate occidere licet. l. 22. §. fin. ff. ad L. Jul. de adult. quamvis in tantum ignoscatur illi, ut pœna remittatur ordinaria. l. 38. §. 8. ff. eod. tit. frustra Doctoribus, propter l. 24. §. fin. eod. tit. & l. 3. §. 3. ff. ad Sct. Syllan. dissentientibus. Si tamen adulterium est notorium, eam propriâ authoritate maritus expellere potest. Beust. in traît. de Matrim. cap. 20. Quoad adulterum verò, jura marito ad privatam vindictam plus laxarunt habenas, cum illum, si vilis fuerit persona, in flagranti delicto & quidem tantum in domo suâ, deprehensum, in totum impunè interire permittant. l. 24. ff. ad L. Jul. de adult. Quod non tantum in vero, sed etiam præsumpto adultero procedit, per Novell. 117. cap. ult.

XIX. Non minùs quoque propinquo seniori, in propinquum juniorem, r. t. C. de emendat. propinq. Patrono in libertum l. 7. §. 2. de injur. nec non Præceptori scholæ vel artificii in discipulum, l. 5. §. ult. l. 6. ff. ad L. Aquil. datur levis & probabilis correctio, quæ judicis relinquatur arbitrio. Tusch. Tom. 1. concl. III. n. 6. Illa ipsa castigatio verò, ex justâ causâ, & animo monendi, docendi atque corrigendi, qui in dubio præsumitur, arg. d. l. 2. §. 2. de injur. non voluntate lædendi fieri debet, l. unic. C. de emend. serv. quæ ex facto à judice æstimabitur. d. l. unicâ C. de emendat. servor.

XX. Contra omnes, qui inferunt aut inferre conantur injuriam, hæc propria juris sibi dicendi facultas exerceri potest. Personæ autem injuriam inferentes, ad duplicem referri possunt classem; quarum primam occupant PUBLICÆ, alteram verò PRIVATÆ. Adversus personas publicas, quoad modum persequendi, non indistinctè propriâ authoritate datur vindicandi licentia. Nisi enim tam persona lædens quàm læsa supra se recognoscat neminem, persecutione bellicâ offensivâ injuria vindicari nequit. Quippè, cum persona lædens alterius potestati subjecta fuerit, tunc priùs ipsius superior adeundus, ejusq; auxilium desuper implorandum, quo denegato, tunc demùm, tam adversus ipsam personam lædentem, quàm ejus superiorem, persecutio bellica licitè exerceri potest. Si verò persona læsa alteri subjectionem debuerit, æquè suum superiorem priùs adire debet, antequàm ad illam persecutionem bellicam propriâ  
autho-

authoritate proflire poterit: aliàs enim bellum esset injustum, & inferior teneretur ad damnum: Card. Tusch. Tom. 1. concl. 37. n. 2. Cæterum, si cuiquam, etiam privato, à personâ publicâ, licet nullum recognoscat superiorem, injuria aliqua realis illata fuerit, illa propriâ authoritate licitè repelli potest. Quapropter etiam adversus Imperatorem, vim injustam inferentem, se defendere licet. Hieronym. Treutler. *select. disputat. vol. 2. disp. 32. thes. 6. lit. f.* Quod autem de vi atroci & maximè illâ, quæ infertur corpori, intelligendum est: hæc enim, si mortis inducat periculum, omni jure propulsari potest. Sed præprimis aggressus cavere debet, ne defensio ad interneçionem usq; procedat, quippè quòd harum personarum interitu, sæpissimè totius Reipublicæ periclitetur salus: proindè, cum eo in casu majus vertatur periculum, cautiùs quoque agendum erit. Bonorum autem & famæ tam stricta non est habenda ratio: Ut enim aliqua parentum vitia ferenda, ita etiam aliqua Magistratum injuriæ, præsertim in casu ambiguo, tolerandæ sunt. Speidel. *in Specul. Jurid. observ. sub voce, Nothwehr.* Contra Officiales verò alicujus Magistratus, quando nos offendere, vel, non servato juris ordine, nostra bona rapere aut famam dilacerare ausi fuerint, nulla urgens obstat ratio, quin ab injuriis se, suaq; propriâ authoritate defendere liceat. *arg. l. 5. C. de jure fisci.* Adversus personam privatam, quæ nos offendit, quomodo & quatenus se vindicare liceat, ex infra dicendis apparebit.

XXI. Injuriam verò inferunt non tantùm illi, qui aliquid non jure faciunt. *de quo supra thes. 12. dictum.* Sed etiam, qui id quod jure facere debeant, citra justam causam omittunt & denegant. Ita injuriam inferunt, qui nobis, tempore famis, denegant edulia ac cibaria, proindè illa propriâ authoritate licitè auferri possunt. *c. 3. x. de furt. c. discipulos. de consecrat.* Hieron. Treutler. *vol. 2. disput. 30. th. 3. lit. h. & ibid. Bachov.* Quod tamen intellige, si extrema fuerit fames, nec inopi suppetat pecunia ad coëmenda frumenta: justo enim pretio, tempore quoque famis, debent emi edulia *arg. l. 1. C. ut nemini liceat. in emptione specierum & c. lib. 10.* vel laborando, mendicando aut alio licito modo, frumentum haberi nequeant: Insuper etiam suberantur illis, qui superflua habent, cum alioquin satis impium foret, suis quempiam defraudari, eaque in alios transferri, *d. l. 1. & potius malum.*



lum tolerandum quàm faciendum, *c. ita ne* 32. q. 5. Quo enim in casu charitas incipit à se ipso, vid. Barbof. Locuplet. *sub voce, Charitas, ax.* 1. His itaque concurrentibus necessitas facit licitum, quod alias esset illicitum, videatur alleg. Barbof. *sub verbo, Necessitas.* Nulla verò necessitas fami par est. Reinck: *de Reg. Sec. & Eccles. lib. 2. class. 3. cap. 4. n. 13.* Magnif. Dn. Ludvvel. Ictus celeberrimus & in hac almâ Universitate Facultatis juridicæ Senior *in synopsis. Feudal. cap. 14. p. m. 376.* Proindè etiam tale factum omnem reatum excludit. Non tamen omninò sublata, is qui subripuit, lucratur, sed aliquando ditior factus ad restitutionem tenetur. Hugo Grotius *de jure Bell. & Pac. lib. 2. cap. 2. n. 9.*

XXII. Non jure denegatur transitus innoxius per alterius territorium, proindè adversus denegantem jure suscipi potest bellum, de quo passim testantur sacrarum literarum monumenta. Num. 21. Reinck. *de Reg. Sec. & Eccles. lib. 2. class. 3. cap. 2. n. 43.*

XXIII. Jure quoque feudali Vasallo concessum est deprædare Dominum, si ei denegaverit facere justitiam. *c. un. in fine de milit. vasall. qui contumax est. 2. Feud. 22.* Quamvis autem quidam Doctorum propter modernas Imperii constitutiones *de Anno 1495. 1520. 1522. & seqq.* illud deprædationis beneficium & judicium, quod vocatur *Selbgericht*, jam cessare putent. Nihilominus tamen, non possum non illis in eo contradicere, (quamvis alioquin sit religioni) quòd præsupponant, virtute *dict. cap. unic.* olim, omnibus juris prætermisissis remediis, Vasallo licuisse deprædare dominum, cum tamen in illo ipso textu satis expressè sit dispositum, ad juris remedia prius recurrendum, justitiâ verò denegatâ, tunc demum viâ facti insistere & feudi possessionem propriâ autoritate vindicare vasallo licitum esse. Eapropter, cum suprâ dictæ Constitutiones Imperii de casu denegatæ justitiæ non loquantur, videtur esse dicendum quòd dispositioni feudali omnimodò derogare noluerint.

XXIV. Parùm verò interest an IMMEDIATE, seu citra personæ alterius interventum per semetipsum: sive MEDIATE & per tertium quendam, offensio & injuria procuretur. Quocircà si per ministros & officiales injuria inferatur, quam Dominus inferre vel mandavit, vel antequàm inferatur præscivit, nec prohibuit, cum prohibere potuerit, vel illatam ratihabuit, non minùs adversùs  
C ipsum

ipsum Dominum, quàm ipsos ministros & officiales, si factum aliquod per se illicitum exequendum suscepere, competere potest persecutio. Mandati enim effectu secuto, delictum mandantis & mandatarii unum est, vid. Barbof. *Locuplet. sub voce, Mandatum ax. 12.* Et injuria facta per interpositam personam, ab ipso committente facta censetur, Gail. *in tract. de pignorat. obs. 5. n. 2.* Proinde etiam Consilarii & Officiales Principis vel alterius alicujus Magistratus superioris sibi cavere debent, ne mandatis Principum & superiorum suorum iniquis ullum præbeant assensum vel illa exequantur: Licet enim ea, sub iniquo & valido jam Principe, ministris præbeant auctoritatem, sublato tamen eo vel depresso, sub Principibus aut Successoribus melioribus, meritò ab illis exigitur pœna & ultio, asseverante Dn. Boxhornio (qui à plerisq; venditatur pro authore) *in disquisit. Polit. casu. 9. in fin.* Imò ipsi Principes, meliora edocti, talibus ministris propriâ auctoritate meritas possunt infligere pœnas; quippe, cùm illi Principibus non in tantum sint adstricti, ut se instrumenta præbeant eorum sceleribus, sed ut præprimis gloriam Dei & Principum suorum honorem & commodum, in quantum salva poterint conscientia, procurent & promoveant: Proinde si suo ritè non fungantur officio, tanquam perjuri & perfidi, culpæ & pœnæ se reos constituunt; tantum verò abest, quòd delinquentes ministros excuset, quòd delicti causam non in se, sed in Principe suo fuisse offendant, cùm illius delicti, ipso facto, se fecerint participes. Sic Tiberius à scelerum suorum ministris meritas exegit pœnas, quamvis id in eo culpandum fuerit, quòd non eâ de causâ, quòd illi malè egerint, sed quia ipsi tædium illorum cœperit oblati in eandem operam recentibus, ad sumendas pœnas processerit, de quo Tacitus *lib. 4. Annal. Ratihabitio quoque in delictis, contemplatione ratihabentis commissis, & quæ per alium explicari potuere, mandato æquiparatur, c. ratihabitionem. de Reg. Jur. in 6. & ibid. Dynus. n. 3.* Gail. *in tract. de pignorat. observ. 5. n. 3.* Sic etiam superior, si factum ministri nocentis, antequam illud consummatum fuerit, ipsi innotuerit & prohibere potuerit, nec fecerit, æquè se delicti facit participem, ac si ipse perpetravisset: Qui enim prohibere potest aliquod factum illicitum, nec prohibet, ipsum fecisse dicendum. *arg. l. 44. §. 1. junctâ l. 45. ad L. Aquil. arg. l. 4. C. de noxal. action.*

XXV. Versatur autem hæc propriâ authoritate persequendi facultas circa omne id, quod jure debetur. Vox verò DEBENDI laxiùs accipienda venit. Non enim tantùm id, quod lege Civili vel jure domini vel contractùs, ejusdemque vel voluntarii vel involuntarii, puta delicti, in causam debendi venit, persequi licet, ita ut quæcunque actionis contineatur causa, juxta *l. 178. §. fin. de Verb. signific.* Sed etiam illud, quod lege naturæ & gentium sibi quisque vindicare potest. Quemadmodum enim persecutiones illæ, quæ judiciali instituuntur authoritate, aliquam debendi præsupponunt causam: Ita etiam hæc extrajudiciales, de quibus hæc vice tracto, aliquam involvant oportet: hæc enim causâ debendi cessante; illæ ipsæ damnabiles & punibiles forent, cùm alioquin violentiæ injustæ induerent naturam. Debetur autem cuipiam aliquid, vel tanquam PERSONÆ PUBLICÆ, vel tanquam PRIVATÆ. Et utrique tam DIRECTO quàm INDIRECTO. PUBLICÆ PERSONÆ DIRECTO competit (ut uno complexu multa dicam) suæ jurisdictionis tuitio. Et hæc jurisdictio vel suprema vel inferior est. Ad illam spectant omnia jura & Regalia, quæ Principi vel Magistratui jura Principis habenti, in signum præminentia, à populo sunt concessa. De quibus juribus Majestatis & superioritatis latissimè differit Reinckingk. *de Reg. Sec. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 4. per tot.* Hippolitus à Lapide *in tr. de Ratione Status in Imper. Roman. part. 1. cap. 6. sect. 2. & seqq.* Quò imprimis referri debet Universalis Imperii & Regni protectio, quæ omnium subditorum personas & bona complectitur: Soli enim Principi talis protectio competit. *l. 3. ff. de offic. præfect. vigil.* Et hæc cura cùm ante omnia Magistratibus est demandata: non minùs privata quàm publicæ injuriæ, ab illis, habenda est ratio: præsertim, cùm in damnis, quibus prægravantur privati, ipsa laboret etiam Respublica. Non tamen propter privatam aliquam injuriam, totam Rempublicam à Magistratu, gravi bello aut alio modo violento, in discrimen vocari semper tutum & consultum erit; sed interdum, pro incerto rerum statu, injurias privatas condonari, vel earum vindictam & persecutionem in alia commodiora reservari tempora, conducibiliùs esse poterit: hoc enim casu, quicquid in privatam peccatur utilitatem, pensatur in publicum. Hinc in Constitutionibus Imperii saluberrimè disponitur, quòd propter privatam

injuriam aut damnum Statui Romani Imperii datum, universæ cui-  
dam genti aut Provinciæ, ab Imperatore bellum inferri nequeat,  
juxtâ Reces. deputat. Wormat. de Anno 1564. §. dann Erstlich. Quo-  
circa si Magistratus superior in usu & exercitio supremæ jurisdic-  
tionis suæ à quopiam, sive subdito sive extraneo, turbetur ac impe-  
diatur, jure permittente, resistere & illam sibi vindicare potest.  
Magistratui inferiori verò, cum ipsi jurisdicatio lege vel moribus  
debeatur, meritò quoque illius defensio, sine quâ illa esset elusoria,  
concessa censetur. *arg. l. 2. ff. de jurisdic. Tusch. tom. 4. conclus. 441.  
num. 6.*

XXVI. Quamvis enim Magistratus Superior omnia, etiam  
ea, quæ privatorum sunt, imperio possideat, dominium tamen in  
res privatorum directò sibi vindicare nequit: Necessitate tamen in-  
gruente publicâ, illas, justo oblato pretio, invitis quoque possesso-  
ribus, propriâ autoritate auferre potest. *Gail. 2. observ. 56. per tot.*  
Cum enim nos nostraque omnia Reipublicæ debeamus, si ea ultrò  
non offerimus ubi opus est, venditio coacta non ademptio est, sed  
condictio repetitioque ab ingrato, uti eleganter Dn. Boxhorn. *in  
disquisit. Polit. casu 31. in fine.* Proindè autoritas illa in vindican-  
dis bonis privatorum jure concessa, non ad libidinem Magistra-  
tuum se extendit, sed Reipublicæ necessitati subservit & adstricta  
est; In tantum, ut nec ad ornatum urbi conciliandum propriâ  
autoritate auferri possint. *Boxhorn. all. loc.* Quamvis Principi,  
justo oblato pretio, petenti fundum alicujus privati, quem ad urbis  
ornatum applicare vellet, spontaneo motu annuere quàm resistere,  
laudabilius ac honestius esset.

XXVII. Ea verò, quæ TANQUAM PRIVATIS debentur per-  
sonis, concernunt ipsas vel PRINCIPALITER, vel IN CONSEQUEN-  
TIAM. PRINCIPALITER, quæ ad defensionem personæ, famæ, ac  
rerum nostrarum spectant. Quicquid enim quispiam ad sui corpo-  
ris tutelam fecerit, id jure fecisse dicendum. *l. 3. ff. de justit. & jure.*  
Cum natura defensionem omnibus præscripserit animalibus. *Tusch.  
tom. 2. concl. 130. n. 6.* & omnis ratio expediendæ salutis sit honesta.  
*Cic. pro Milone.* Imò sui ipsius defensionem omittere non solum  
culpa, sed etiam dolus perhibeatur à Bald. *4. consil. 3. n. 111.* Illa quo-  
que defensio, quæ pro pudicitia suscipitur, est justa: cum vitis &  
mu-

mulieribus honestis metus stupri major, quàm mortis esse debeat. l. 8. §. 2. ff. quod metus caus. & amissâ pudicitia, contempta, spreta, imò nulla sit mulier. Speidel. in Observ. sub voce. Nothwehr. in fine. Res etiam nostras jure, per vim quoque, defendere licet. l. 1. C. Unde vi. l. 3. §. 9. ff. de vi & vi armata. Patrimonium enim sive bona dicuntur alter sanguis & vita hominis. vid. Barbof. Locuplet. xv. 1. sub voce, de Bonis. In tantùm quoque defensio rerum nostrarum nobis competit, ut etiam cum alterius detrimento, quamvis hujus nulla intercesserit culpa, illas tueri possimus: Cujus exemplum in jure obvium, cum alienas aedes invaserit incendium, & periculum sit, ne ulterius serpat ac nostras quoque corripiat aedes, tunc vicini domum propria auctoritate licitè demoliri possumus. l. 7. §. 4. ff. quod vi & clam.

XXVIII. IN CONSEQUENTIAM debetur cuivis, tam ratione corporis quàm bonorum, defensio alterius, qui vi injustâ oppressus conspicitur: cum ad eam teneatur quisq; , tam ratione officii, quo naturaliter homo homini obstrictus. l. 7. ff. de serv. export. quàm cognationis illius latissimæ, quam natura inter homines constituit. l. 3. ff. de iust. & jur. Dynus in Reg. 19. n. 5. in 6. In tantùm, ut ille in foro conscientia reus constituatur, qui alterius negligit defensionem, cum delictum participasse, & favorem præbuisse delinquenti dicatur, qui non impedivit, cum potuerit, ne proximus læderetur. c. dilecto. x. de sentent. excommunic. in 6. Quod tamen eatenus procedit, si citra corporis sui certissimum periculum defensio alterius suscipi potuerit. Hugo Grotius de Jure Belli & Pac. lib. 2. cap. 15. n. 7.

XXIX. Non minus quoque personas privatas cura salutis tangit publicæ, proindè jura unicuique de populo, propria auctoritate vindicandi hostes publicos, attribuunt facultatem. l. 35. ff. de Religios. & c. In quorum censum sunt etiam referendi, 1. Proditores patriæ, quibus duellum propria auctoritate indicere licet. Bocerus in tract. de duello cap. 3. n. 1. & 2. 2. Transfugæ, qui de jure communi à quocunque interfici possunt. l. 3. §. fin. ad L. Cornel. de sicar: quod propter revelationem secretorum singulariter esse receptum, asseverat Clarus recept. sentent. lib. 5. §. homicidium, num. 52. 3. Latrones & desertores militia, adversus quos, cunctis, ad inter- necionem usque, propria auctoritate exercendæ ultionis publicæ

concessa est facultas. *tot. tit. C. quand. liceat. unicui: sine iudice se vindic.* Quæ juris communis dispositio extenditur quoque ad circumforaneos & vagos sive pagatim grassantes milites, quos vocant *Umblauffende und Gattende Knecht*/ vid. *Gail. de Pac. Publ. lib. 1. cap. 4. n. 38. & seqq.* 4. Banniti, quorum corpus & bona, jure constitutionum Imperii, cujusvis invasioni ac direptioni sunt exposita, vid. *Cammer. Gerichts. Ordnung. part. 2. tit. 9.*

XXX. In vindictam quoq; salutis publicæ tendit illud, quod cuivis illum, apud quem alea luditur, in ipso lusus actu, verberare, vel ipsi damnum dare & aliquid suffurari liceat. *l. 1. §. 3. ff. de aleat.*

XXXI. FORMA exercendi *αυτοδικία* est vel INTRINSECA vel EXTRINSECA. Illa consistit in justo ac proportionato, id quod debetur, exigendi ac compensandi modo. Ultra id enim, quod debetur, juris nostri persecutio non datur. EXTRINSECA verò diversimodè exerceri potest, & maximè circa justam personarum, famæ ac rerum defensionem extrajudiciali est occupata, quæ expeditur vel BELLO PUBLICO vel PRIVATO, juxta distinctionem, ab Hugone Grotio, *de Jure Belli & Pac. lib. 1. cap. 3. n. 1.* traditam.

XXXII. Ut autem BELLO PUBLICO OFFENSIVO ritè procedat *αυτοδικία*, ante omnia justæ & necessariæ subesse debent causæ, quarum totidem, quotidem sunt actionum forensium, juxta Grotium *de I. B. & P. lib. 2. cap. 1. n. 2.* Prius tamen tentanda sunt pacis & juris remedia, antequam ad ipsa arma fiat progressus, tunc enim vis est permessa, ubi jus obtineri nequit. *Tusch. Tom. 1. concl. 34. n. 11.* Proindè bellum, etiamsi ex justissimis & maximè necessariis susceptum fuerit causis, nihilominus tamen, si per arbitros controversia sopiri potuerit, pro injusto reputandum esset. *Bocer. de bello. cap. 4. n. 9.* Quando verò injuria & damna, nullo pacis remedio, nulloque juris ordine averti potuere, tunc demum licita suscipitur de expediendis armis cogitatio, vid. *Wilhelm Ferdinand. ab Efferen in Manual. Polit. Christian. de Ratione. Status. lib. 5. punct. 2. n. 7.* ne tamen ordo & modus bellandi excedatur. *Card. Tusch. Tom. 1. concl. 37. n. 2.* Qui modus & ordo potissimum consistit in legitimâ belli denunciatione & ipsius executione. Hæc in eo vertitur, ne violentia procedat ultra illatam injuriam, de quo videndus Grotius *de Jur. Bell. & Pac. lib. 3. cap. 11. & seqq.* Illa verò tam est necessaria, ut  
sine

sine eâ, nec insidiis, nec aperto Marti locus sit. Bocerus *de Bello lib. 1. cap. 6.* Hujus persecutionis bellicæ species quoque sunt repressaliæ. Grocius *de Jur. Bell. & Pac. lib. 3. c. 2. n. 4.* quæ parvum dicuntur bellum. Besold. *indisputat. de Regalibus. c. ult. n. 3.* His enim vindicamus injurias ab extraneo quodam illatas, dum ejusdem loci homines vel res detinemus, si ejus superior justitiam administrare recusârit. Besold. *all. loc.*

XXXIII. BELLUM VERÒ DEFENSIVUM semper licitum est, modò illud injusta provocaverit offensio, nec hanc excedat ipsa defensio. Quando enim hosti justa est data offendendi causa, in foro Poli defensio est illicita, Wilhelm. Ferd. ab Efferen *de Ratione Status lib. 3. punct. 4. numer. 16. & seqq.* Nisi offendens ultra meritum hosti inferat damnum aut hic periclitetur ne inferatur. In foro soli verò defensionis favor adeò se extendit, ut eorum quoq; justa censeatur causa, qui bello petiti, illud sunt promeriti. Dn. Reinkingk. *de Reg. Sec. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 2. n. 16.* Hujus etiam exemplum prostat. in *tit. 28. lib. 2. Feudor*: ubi asseritur, vasallum teneri defendere dominum suum, licet manifestè injustam alicui fecerit guerram, modò ipsa defensio non fuerit conjuncta cum alterius offensione, ad quam non obligatur, quamvis si vellet, etiam ad alterius offensionem dominum adjuvare posset. Ea propter hæc consuetudo feudalis, cum vasallum tantùm ad domini sui defensionem, citra tamen alterius offensionem, obliget, non penitus est improbanda, quamvis quibusdam Doctoribus admodùm dura & in conscientiam injuriosa videatur, de quo Dn. Rittershus. *in part. feudal. lib. 2. cap. 1. quest. 20.* Magnif. Dn. Ludvvell. Patronus ac Promotor meus atatèm devenerandus, *in synops. feudal. cap. 14. p. m. 368.* ubi duo, rigori juris feudalis, adhibet emplastra.

XXXIV. Ut BELLO PRIVATO, justo & legitimo exerceatür *autodicta* modo, necessum est ut distinctim procedamus. Versatur enim hoc bellum privatum, æquè ac publicum, circa defensionem personæ, famæ ac rerum, ab illis ipsis injuriam repellendo. Defensio personæ propriæ, vel alienæ, consistit in justâ & proportionatâ periculi, ab alio non jure illati, propulsatione. Præcedat igitur injusta offensio, quæ vel ipso actu vel tantùm conatu, qui actui proximus, illata fuit. Ordinat. Criminal. *artic. 140. in verbis, überlaufft / ansichte oder*

oder schlägt. Proinde sufficit terror armorum, non solæ minæ verbales, nisi minans simul ad aliquem offendendi actum processerit Carpzov. *in pract. Crim. part. 1. cap. 29. n. 56. & 57.* Qui verò ab initio provocans fuit, licet postea in eadem pugna in vitæ discrimen coniectus fuerit, justè tamen non offendit provocatum, cum in delictis principium, non exitus spectetur. Gail. *lib. 2. obs. 110. n. 10.* & sibi imputet, qui suâ culpâ se vitæ periculo exposuit. *arg. l. 203. de Reg. jur.* Nil tamen interest, an insultans animum & propositum lædendi habuerit, nec ne, cum sufficiat, insultatum non jure pati offensionem. *arg. l. 3. ff. de just. & jure.* Grotius *de Jure Belli & Pac. lib. 2. cap. 1. n. 3.* Proinde, contra dormientem & furiosum, de jure naturæ, periculum mortis, etiam cum insultantis internecione, impunè averti potest. Bocer: *de duello cap. 10. num. 17.* Debet autem injusta offensio talis esse, ut citra periculum evitari non potuerit. Qui enim fugâ salutis suæ tutò consulere poterit, is certè fugere tenetur, si omninò nullam incurrere velit pœnam, cum is qui non fugit, cum citra periculum fugere posset, minimè extra culpam constitui dicitur in Constitut. Carolinâ Criminal. *art. 140. & 142.* Omni igitur cessante offensione, defensio ulterius non est licita, cum ex tunc aggressus extra omne sit constitutus periculum. Offensio autem tamdiu durare præsumitur, quamdiu ipsa rixa & tumultus, idcirco defensionem, quæ fit pendente rixâ & tumultu, in continenti fieri & justam esse, dicit Gail. *de Pac. Publ. lib. 1. obs. 16. n. 17.* Cæterum etiam propulsatio non debet esse atrocior ipso insultu, proinde, si periculum levioris tantùm percussiois immineat, defensio ad internecionem usque progredi nequit, sed impetus ille, repercutiendo pugno aut baculo, vel alio modo, averti & declinari debet, ne mors inferatur. *c. 18. §. fin. x. de homicid.* Ita etiam vis aliqua, sine armis illata, armis repelli nequit, vel, si tantùm baculo percussio facta fuerit, gladio repercutere haud licet, Tusch. *tom. 2. concl. 131. n. 17.* modò ipsius aggressoris robur & fortitudo non suppleat, quod armis deest, nec aliud telum aggressus in promptu habeat, quo sese defendere posset, Bocer. *in tr. de duello cap. 10. n. 57.* Tusch. *alleg. loc. n. 18.* Paritas enim armorum quoad speciem exigenda non est, cum paria arma in continenti semper haberi nequeant. Speidel. *in Observ. sub voce. Nothwehr.*



XXXV. Quousque autem defensio, quæ contra vim pudicitia inferendam suscipitur, progredi debeat, & an ipsa propulsio ad internecionem usque sit licita, quaestio est? Quod affirmo, per l. 1. §. pen. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Grotius de jure belli & pac. lib. 2. cap. 1. n. 7.

XXXVI. Cum supra thes. 12. dictum fuerit, quod etiam carceris molestia corpus lædatur, merito ad sui defensionem notorie innocens, non servato juris ordine carceratus, propria autoritate carcerem effringere & sese in pristinam vindicare potest libertatem. Fachinus lib. 9. controvers. 71. cum judici de facto procedenti impunè quoque resisti possit, arg. l. 5. C. de jure fisci. l. 170. ff. de Reg. Jur.

XXXVII. Extrajudicialis Famæ defensio ritè procedit, si injuria verbis vel scriptis primùm illata, in continenti, iisdem verbis retorqueatur, aut generaliter dicatur, injuriantem mentiri. Gail. 2. obs. 100. n. 1. In tantum, etiam si falsi criminis insimulatus dicat, injuriantem mentiri ut adulterum vel prædonem, vid. elegantissimè Dn. Carpzov. in decis. Illustr. Sax. part. 3. decis. 247. per tot. Quamvis enim lis inter Doctores nondum sit decisa, an nimirum retorsio sit de jure licita nec ne? nihilominus tamen illam ex observantia satis approbatam esse constat, vid. Gracke in tract. de privata auctoritate. tab. 3. cap. 4. n. 3. Quocirca injuria verbalis armis repelli nequit, cum defensio non foret proportionata ipsi offensionem. Bocero in tract. de duello cap. 8. num. 14. Multò minus ex post facto, injuriatus injuriantem ad duellum provocare potest. c. monomachia. 2. q. 5. In tantum, licet copia judicis haberi non potuerit, aut injurians, in judicium vocatus, non venerit, frustra dissentiente Bocero alleg. loc. n. 6.

XXXVIII. Quomodo verò ipsas Res propria autoritate vindicare & defendere liceat, jam locus dicendi se offert. Harum defensio potissimum occupatur circa earundem possessionem, eamque via facti vel adipiscendo, vel recuperando, vel retinendo. De quibus modis distinctim videbimus.

XXXIX. Rerum possessionem propria autoritate licite adipisci possumus, vel DIRECTO vel INDIRECTO. DIRECTO, quando res ipsas, nobis debitas, occupamus. Illarum autem pos-

D

sessio

sessio, vel est vacua, vel ab alio jamdum occupata & detenta. Res, quarum possessio est vacua, licite adipisci posse, testatur Wesenbec. *part. 4. conf. 176. n. 5.* Vacua enim possessio apprehensa, nec clandestina, nec violenta aut precaria dici potest. Proinde heredes, rem hereditariam, cujus possessio est vacua, propria auctoritate occupare possunt, *per l. 23. ff. de acquir. & amitt. possess.* Wesenbec. *in paratit. ff. quorum bonorum n. 8.* Tusch. *Tom. 6. conclus. 408. n. 3.* Secus autem se res habet, si ab alio jam fuerit apprehensa, tunc remediis juris possessorii, vel petitoriis uti necesse habent, Wesenbec. *part. 3. conf. 127. n. 21.* Non minus Vasallus, cui expectativa feudi vacaturi, cum potestate ejus vacantem propria auctoritate apprehendendi possessionem, à Domino est concessa, in casu vacantiae contingentis, licite feudi possessionem adipisci potest; cujus exemplum in Instrumento Pacis Osnabrug. *Cæsar. Suec. art. 11. versic. similiter.* luculenter prostat. Quamvis autem in legatarium rei legatæ dominium ipso jure transeat, *l. 80. ff. de legat. 2.* illius tamen possessionem vacuam ipse apprehendere nequit, quippe cum à manibus heredis illam accipere necesse habeat, *§. 1. Inst. de legat. l. 1. §. 2. ff. quorum legat.* Herede verò non adente hereditatem, vel longius differente aditionem, à judice licentiam apprehendendi impetare debet, juxta *Novell. 1. cap. 1.* Si tamen heredis nihil intersit, puta, si ipsi detractio Falcidiæ non competierit, legatarius rem legatam propria auctoritate licite occupare potest. *arg. l. 1. §. 5. ff. quod legat.* Sichard. *ad l. 5. C. de legat. num. 4.* Aliter se res habet, cum heredis intersit rem legatam non occupatam fuisse, tunc ipsi à Prætoribus datur interdictum quod legatorum ad rei restitutionem, *d. l. 1. §. 2. ff. quod legat.* vel ad id quod interest, *l. 2. §. 2. eod.* Si verò legatarius, post hereditatis aditionem, & ab herede apprehensam possessionem, rem legatam propria auctoritate occupaverit, tunc universum jus, quod in re legatâ propria auctoritate occupatâ habuit, amittit, *per l. 13. ff. quod metus causa* Wesenbec. *in paratit. ff. quod legat. n. 7.* Oldendorp. *in class. 2. act. 2. in affinibus.* Falluntur autem Doctores, qui ad hujus asserti confirmationem, *l. 5. C. de legat. ad.* ducunt, cum *dict. l. 5.* sensus, à nostro casu, planè sit diversus, nec tantum de rebus ipsis legatis, sed etiam de aliis hereditariis, extra causam legati constitutis, occupatis, loquatur.

XL. Res

**XL.** Res autem non vacuas, sed ab alio jamdum possessas, propriâ authoritate occupare licet, si vel pacto de eo conventum, de quo supra *thes.* 9. dictum, vel, cum debitor in fugâ constitutus fuerit, à quo res debita licitè auferri potest. *l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. credit.* quod intelligendum, si debitor post contractum debitum cœperit esse fugitivus. *Sichard. ad l. extat. ff. quod metus causa, in prælectionibus suis ad Codicem tit. 20. lib. 2.*

**XLI.** Ad res INDIRECTO persequendas, duplici viâ facti uti licet. Unâ, quâ debitorem ipsum, in fugâ constitutum, propriâ authoritate capere & arrestare licet, *Dynus in c. ea quæ sunt. de Reg. Jur. in 6. in addit. sub lit. a.* quamvis captus judici sisti, nec ultra horas viginti detineri debeat, *arg. l. 25. ff. ad L. jul. de adult. Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 3. n. 110. & seqq.* Alterâ verò viâ facti procedere licet, quando res debitoris, apud creditorem quoquo modo sine vitio constitutæ, tamdiu retinentur, donec de credito satisfiat. Est enim retentio species executionis privatæ. *Gilhaus. in arbor. judic. Civil. c. 10. n. 36.* & hoc quoq; modo sibi quis propriâ authoritate jus dicit, juxtâ *Pyrrh. Maur. in tr. de Solut. Oblat. & Retent. in specie de Retentione. n. 7. pag. 232.* Præprimis autem retentionem justificat causa contractui vel rei retentæ cohærens, proindè ob impensas, in rem apud se justâ ex causâ constitutam, factas, retentio est permissa, *l. 33. ff. de condict. indebit.* Sic quoque ob debitum tantum chirographarium res oppignorata, licet illud debitum, ob quod res pignori nexa fuit, jam solutum fuerit, propriâ authoritate retineri potest, donec etiam de ipso debito chirographario creditori satisfactum fuerit, *l. unic. C. etiam ob chirographar. pec. pign. ten. posse.*

**XLI I.** Possessionem amissam propriâ authoritate licitè recuperare possumus, 1. quando illam invenimus vacuam. *Tusch. tom. 7. concl. 393. n. 1.* 2. si per vim invasa & ablata fuerit. Hoc enim in casu, adversus spoliatorem violentum, cuilibet, etiam non domino, qui tantum qualemcunque habet possessionem. *l. 1. §. 30. de vi & vi armatâ,* in continenti, eodem modo violento, possessionem ereptam recuperare licet. *l. 17. ff. de vi & vi armatâ.* Quando autem recuperationem IN CONTINENTI factam esse, dici possit, judicis arbitrio relinquitur, qui pro negotii qualitate æstimare debet, an de-

jectus, quamprimū potuerit, ad recuperationem se præparaverit, nec ad actus extraneos discesserit, Tusch. tom. 7. concl. 393. n. 20. Actus autem extranei dicuntur illi, qui à proposito faciendi recuperationem verisimiliter aliquem divertunt. Tusch. all. loc. n. 28. Si enim recuperatio magnum requirat apparatus, non tantum aliquot dies, septimana, sed etiam annus, & plures, intervenire possunt, intra quod temporis intervallum amici & auxiliares, quorum ope possessio recuperetur, conquiri & associari queant. per text. in Ord. Camer. Imper. part. 2. tit. 9. §. 5. Gail. de Pac. Publ. lib. 1. cap. 16. n. 4. Proinde ad recuperationem castri, vel ditionis alicujus, etiam decennium indulgeri posse, asseverat Bocerus. de duello cap. 9. n. 45. Gail. all. l. n. 16.

**XLIII.** Quod de possessione rerum immobilium ereptam recuperanda, in thesi præcedente dictum, id quoque de quasi possessione rerum incorporalium seu jurium nostrorum intelligi debet, arg. l. 3. §. 13. 14. 17. ff. de vi & vi armata. Quocirca si quis violenter spoliatus fuerit sua possessione jurisdictionis, quam habuit in aliqua civitate vel castro, eam propria auctoritate recuperare potest. Non autem Domino, dejectis ejus officialibus vel ministris, per quos possidebat, postea propria auctoritate possessionem, vi occupatam, recuperare licet, contra Tuschum tom. 7. conclus. 393. num. 20. Cum per dejectos ministros ipse dominus, etiam ignorans, ejectus dicatur l. 1. §. 22. ff. de vi & vi armata.

**XLIV.** Non minus quoque res mobiles, si vi vel clam ablatae fuerint, quibusdam in casibus, propria auctoritate persequendi & recuperandi datur facultas. Furem enim vel raptorem propria auctoritate capere posse, patet ex l. 56. §. 1. ff. de furt. quod intelligendum si in flagranti delicto fuerint deprehensi, & hoc in aliis quoque delictis procedere testatur Gail. 1. observ. 54. n. 3. Non tamen furem occidere licet, nisi adsit periculum vitae, aut noctu deprehendatur, utrumque verò cum clamore testificandum l. 4. §. 1. junctâ l. 5. ff. ad L. Aquil. Populatores verò agrorum nocturnos, propter criminis atrocitatem, indistinctè occidere permittitur, l. 1. C. quando lic. unic. se sine jud. vend. Ita quoque res à fure ablatae, antequam eas ad locum, ad quem destinavit, pertulerit, propria auctoritate licitè rursum auferri possunt.

XLV. Adversus vim turbativam res propriam auctoritate, cum moderamine inculpatae tutelae, defendi queunt. *l. ii. ff. de vi & vi armat.* Wesenbec. *in paratit. ff. de acquir. & amitt. possess. n. 7.* Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 136.* In tantum, ut si armis illata fuerit, armis quoque repelli possit. *l. 1. §. 27. l. 3. §. 9. ff. eod. tit.* Proinde quoque, ad internecionem usque defensio rerum suscipi potest, propter periculum corporis quod armis intentatur: alioquin, si corporis absit periculum, invasor rei alienae impunè occidi nequit. Ceterum etiam, aedificando, vel aliud quidpiam in meo per vim faciendo, possessio mea turbari videtur, quocirca, ad illam tuendam, illud ipsum, quod nullo jure aedificatum, vel factum fuerit, propria auctoritate destruere possum *l. 29. §. 1. ad L. Aquil. l. 1. C. ut nemini lic. sine jud. auctor. signa reb. impon. alien.* Nihil autem interest, an quis in naturali vel tantum civili sua turbetur possessione, *l. 18. ff. de vi & vi armata.* Hinc Doctores inferunt, Dominum feudi, vasallo existente notorie inhabili, licite possessionem feudi ingredi, & sibi metipsi jus dicere posse, cum in sua civili possessione turbari dicatur. Knichen *de superiorit. & reg. territorii jure cap. 5. n. 209. & seqq.*

XLVI. Sic quoque pro retinenda quasi possessione jurisdictionis, vel alterius alicujus juris, turbatorem in continenti propria auctoritate repellere licet. Thom. Michael. *de jurisdic. concl. 149 lit. (d.)* Hinc etiam jus pignorationis, tanquam privatae executionis species, ad eum finem in Imperio Romano invaluit, ut statibus Imperii, pro conservanda possessione sua vel quasi, super qua per vicinum turbati fuerint, liceat invadere ac detinere tam ipsum adversarium quam etiam res, jumenta, item homines ejusdem. vid. *Ordin. Camer. part. 2. tit. 22. von Pfändungen / Gilhaus. in arbor. judic. civil. cap. 10. §. 3. n. 44.*

THESES ULTIMA. Haec omnia in eum finem sunt permissa, ut non tantum quies conservetur communis. *l. unic. C. quand. lic. unicuj. sine jud.* Sed etiam cuique jus suum tribuatur, & quidem respectu LÆDENTIUM, ut eorum temeritas justa reprimatur coercionem: respectu LÆSORUM vero, ne vel jus suum, propter saepius obtingens periculum in mora, penitus amittant, vel de eo consequendo, propter tortuosos litium anfractus.

quas execrari laudi ducitur in l. 4. §. 1. de alien. jud. mut. causâ, diu-  
 tius frustrentur. Sed ne ultra terminos excurram, & prolixita-  
 te tædiôsâ benevolò lectori sim molestus ac onerosus, hîc in latif-  
 simâ *avτοδixias* materiâ sisto calamum, si priùs impetravero ve-  
 niam, quòd illam, pro ejus dignitate, exactiori limâ non perpo-  
 liverim, cùm pro temporis angustîâ ingenii que imbecillitate  
 meliora scribere haud licuerit: pro quâ con-  
 celsâ gratiâ

## DEO SOLI GLORIA!

### Emendanda.

*Thef. 19. in lin. 8. pro l. 2. lege 7. Thef. 21. lin. 6. post Verba. de consecrat.  
 adde dist. 5. ead. Thef. lin. 9. pro l. 1. lege 2. ead. Thef. lin. 11. lege nequeat.  
 Thef. 24. lin. 32. lege ipsum.*



VIRO

CLARISSIMO ATQVE EXIMIO,  
DN. JOH. GUOLFGANGO *Francf.*  
U. J. Doctorando.

**M**IFRANCE salve, dignus es Republica  
In partibus cui regenda haut infimis  
Credatur; ecce sum tibi sponsor: dehinc  
Adesse, precor, Examini quàm plurimos  
Nostro eruditos *Candidos Viros* tui  
Similes, mereris divitem { *Spartam*  
*Martham* } VALE.

*deproperab.*

Ernestus Cregel D. Juris  
publici & Institut. Imp. P. P.  
Reip. Noribergens. Consiliarius h. c.  
Universitat. Altdorffin. Rector.



**U**T rapit in sylvas Orpheus genus omne ferarum,  
Pollice dum chordas ingeminare facit:  
Sic tua summa trahit facundia quemque virorum,  
Dum licitum esse sibi dicere jura probas.  
Perge ita, divinis conatibus utere porro,  
Doctorisque brevi præmia digna feres.

*Gratulabundus scribebat*

Clarissimo Dn. Doctorando,  
Amico suo percharo

M. Joh. Paul Selwinger/ Polit.  
Metaph. & Log. Prof. Publ.

CLA

CLARISSIMO DN. CONSALINO

De

## AVTOΔΙΚΙΑ LICITA

disputaturo

VotIVè aDCLaMltant

CONVICTORES RITTERSHUSIANI.

JOHANNES GUOLFGANGUS FRANCKIUS.

*ἀνδρῶν*

(N in E mutato.)

FIES VULGO CHARUS GANGES IN FANO.

**S**Tulte, quid iratos irato iudice fasces?  
horres? quid curis emaciare malis?

Quid tremis infestas sævo prætoris secures?  
Cur animos rigido consule, stulte, jadis?

Falleris, in portu est navis, tibi pharmaca divæ  
Artifici Themidos sunt benè facta manu.

*Injustè illatam vim vi repellito: legum,*

Justinianarum fœdera sancta probant.

Ipsè tibi Cæsar concessit & ΑΥΤΟΔΙΚΙΑΝ,

Ergò cur stolidè cur tremis atq; gemis?

Ambigis? immensos noli perquirere libros?

Sed nostri FRANCKI dogmata scita lege.

Dogmata quæ solidâ conscripsit FRANCKIUS arte,

Hæc tibi scrutanti publica jura dabunt.

Sed tibi pro tanto, FRANCKI, sudore, labore,

Premia quæ poscis? digna labore tuo.

Tu FIES VULGO CHARUS, ceu flumina GANGES?

Volvit, sic vulgo commoda multa feres?

Quis tibi pro meritis figens anathemata Famæ

IN FANO tollet *Nomen* ad astra tuum?

F I N I S.




ULB Halle  
005 129 192

3



V077







B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

N. J. C. <sup>40</sup> 1218.

INAUGURALIS

*De*  
ΔΙΚΙΑ

ITA *vindicta*  
*privata*

E U  
ipli Jus dicere  
missum.

*1662 3*

*nam*  
ANNUENTE GRATIA,  
Auctoritate

NOBILISSIMI,  
& CONSULTISSIMI

ORDINIS  
æ est Altdorffl-Nori-  
niversitate

CENTIA  
e Jure consequendi  
vilegia Doctoralia

*Disquisitioni subjicit*  
FANG. Franck/  
D-FRANCUS.

ANNO M. DC. LXII.

HANNIS GOEBELII.

